



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

... non discalceatum, sed sensim, pedetentim, notat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

habent Chaldæus, Syrus & Arabs, cum quibus facit R. Salomon Jarchi, & vir suo seculo Hebraicè doctissimus Sebastianus Munsterus, quomodo hunc locum etiam accepit Flavius Josephus, qui *γυμνός* *τοῖς ποσὶ δύνων* nudis pedibus incessit, de Achabo dixit. Sed vocem *ἄν* nunquam pro *discalceato* poni, sed in Hebræorum lingua non aliud significare, quam *leniter*, *sensim*, *pedetentim*, inter alios optime docuerunt viri magni Samuel Bochartus, & Johannes Coccejus, quam notionem complures interpretes agnoscunt. Neque vanum est quod conjecit Samuel Bochartus fortasse ab illo *ἄν* *at*, quod proprie gressus tarditatem & lentitudinem sonat, *ἄν* *atta*, primo Punicè, deinde etiam Latine dictum esse, qui propter crurum vitium non nisi lente incedit: Festus: *Attæ* appellantur, qui propter vitium crurum aut (forte haud) pedum plantis insistant, & attingunt magis terram, quam ambulant, quod cognomen Quintio Poëta adhaesit. Glossæ. *ὁ τοῖς ποσὶν δὲ χόμῳ ὁ ἄν* *ἄν* *ἄν*. Quare cum *ἄν* in Hebræo-

Joseph.
Antig jud.
l. 8. c. 7.

Bohart.
Hieros. p. 8.
pag. 600.
Coccej.
Lex. Hebr.

rum lingua non notat *discalceatum*, sed sit idem, quod *senfim*, *pedesentim*, *lente*, neutiquam Achabus incessit *discalceatus*, sed *lente*, tanquam præ mærore languens.

III. Licet vero non doceat Achabi exemplum Hebræos olim in signum humilis & abjecti animi incessisse nudipedes, tamen aliunde id abunde discimus. Non tantum sacerdotes, sed & totum populum *discalceatum* incessisse in magno expiationis die, quem *יום הכפורים* vocant, id est *diem*, vel etiam

Yoma
cap. 8. § 1.

יום הכפורים *diem expiationis*, constat & *Massecheth Joma*. עם הכפורים

אסור באכילה ובשתיה ובחיצה ובסיטה
ובנעילה הסגור ובחשיש המטה והמזל
והכלה יחצו את פניהם והחיה חנעול
את הסגור דברי רבי אליעזר וחכמים

In die expiationum prohibitum est in cibo, & in potu, & in lotione, & in unctione, & in inductione sandalii, & ministerio lecti. Rex vero & sponsa lavant facies suas, & puerpera sandalia induit.

Jonath. ad
Lev. 16. 29.
& ibid.
Drusius.

zeris. Sed sapientes prohibent. Eadem ferme habet Jonathan ad locum Levitici, in quo præceptum Dei de